

nr.  
211

H. Sax. C  
806

~~12. Sept. 1007~~





Epigrammata *Lulhera*

Illustrissimo & potentissimo

Principi ac Domino,

Dn: CHRISTIANO II.

DVCI SAXONIÆ, ELE-

CTORI SACRI ROMANI

Imperij, &c. Patri patriæ,

Cùm Lipsiam veniret, 9. Cal. Julij:

Anno M. DC. VI.

*I sum fletu humentes vitta, et honoris  
Habitum*

*ergo*

*Dicata*

*à*

M. CHRISTIANO BECMANO

Bornensi.



TYP: BEERWALDIN:

Jacobus Popporeich excudebat.

Martiniano & potestissimo

Francisco de Domino

Dr. CHRISTIANO II.

D. V. C. SAXONIAE. III.

STORIS SACRI ROMANI

Imperii et Hungariae

Castellanorum

Imperii

Dr. CHRISTIANO II.

D. V. C. SAXONIAE. III.

STORIS SACRI ROMANI

Imperii et Hungariae

Castellanorum

Imperii

Imperii

Imperii

Imperii

Imperii

Imperii

Imperii

Imperii

Imperii

# CALLIOPE.

**C**um Philyre exiguo nuper te tempore haberet  
Tendentem properis ad tua tecta rotis;  
FRATRIS ut aspectum subeas, haustumq; recenter  
Mærorem ex obitu CONIUGIS, ipse leves:  
Nemo ausit faciles impellere pollice chordas,  
Carminaq; adventu pangere grata tuo.  
Tristis ubiq; fuit facies: concorditer omnes  
Saxonicae flerunt tristia fata **DOMUS.**  
Ipse pater Phæbus nigro velatus amictu  
Nos pariter luctus iussit obire vices.  
Tum fletu humentes vittæ, cri. soluti,  
Hæsit & atratis condita palla plicis.  
Tum miseri accentus & lamentabile carmen  
Et lacrymæ cunctas per sonuere vias.  
At nunc cum luctum paulò mora temporis istum  
Sopierit: tempus est medicina mali:  
Tuq; iterum Philyren, **D V X** augustissime, visas:  
Jam nova læticiæ nos dare signa decet.  
Fingite Pieriæ mecum noua metra Sorores:  
Elogium nostri quælibet ede **D V C I S.**

## P O L Y M N I A.

**I**ngredere, ingredere Ô **PRINCEPS**: Tibi cuncta patefcût:  
Tibi dulciter omnia rident.

A 2

Desuper

Desuper aureolis radijs plaga lucida cœli  
Ostendit amica favorem.  
Æolus includit resonantes carcere ventos,  
Solitum ut tibi reddat amorem.  
Mars se bellipotens fulgentibus induit armis,  
Solitum ut tibi reddat honorem.  
Alma Ceres, Liberque sinu bona divite fundunt,  
Ut dent tibi grata vigorem.  
Casta Venus, Junoque rosas & lilia carpunt,  
Ut flent tibi dulcia odorem.  
Ingredere, ingredere ô Princeps : cœlum, aurula,  
tellus,  
Tibi dulciter omnia rident.

TER TICHORE.

*ALterâ rursus vice CHRISTIANUS  
Noster ELECTOR, Patriæ dynastes  
Celsus, afflatu Philyream amico  
Visitat urbem.*

*Ecce, quàm virtus radijs serenet  
Aureis vultum: gravitas decora  
Mista cum dulci bonitate formam  
Oris honestet.*

*Hoc CAPUT nobis pie CHRISTE saluum  
Fac diu serves; tibi si placemus  
Integri. nam si caput auferatur,  
Membra fatiscunt.*

MEL-



# MELPOMENES

## Hyporchema.

SACRA agè RELIGIO,  
THEMIS agè celebris,  
MEDICAq; vegeta,  
SOPHIAq; nitida;  
Nova capite joca;  
Nova canite mele;  
Nova facite metra.  
Hilaria nova sint;  
Citharaque tubaque,  
Lepidaque chelys &  
Alia bene sonent.

Quia DOMINUS adest  
Facilis & alacris,  
Pia bonaque juvans,  
Fera malaque abolens:  
PATRIÆ amor & honor,

Faculaque Ducum adest.

Beneficia ab eo  
Studia sacra ferunt,  
Studiaque Themidos,  
Studiaque Medicæ,  
Studiaque Sophiæ  
Beneficia ab eo  
Paria sibi ferunt.  
Igitur ea litent  
Pariter agè preces:  
Duce Triade vale,  
Duce Triade vige,  
Duce Triade vire  
Duce anime PATRIÆ,  
Quasi que Ducum oculo.

## THALIA.

*Quàm vellem meritas nostri Ducis edere laudes,  
Et dare nectareos in nunc verba modos.*

*At me deficiunt vires: nec tantula tantum  
Suscipio, nunquam cui satis esse queam.*

*Quin potius liquidò plenis ediffero buccis:*

*TALEM nemo potest sat celebrare DUCEM.*

## CLIO.

CHRISTIÂNISIME CHRISTIANE CHRISTI  
Amor, Christi adumque lumen ingens:

A 3

Quàm

Quàm pulchrè tibi nomen attributum est  
Christiani ! quia Christiana sub te  
Gens se latiùs hinc & inde pandit :  
Sub te longiùs vndiquaque verbum  
CHRISTI perpetuatur & virescit.  
Hinc quod gentis ubique Christianæ est,  
A CHRISTO tibi more Christiano  
Felicissima quæque comprecatur.  
Nec CHRISTUS sinet esse inanitatis  
Vota tot pia more Christiano  
Pro te PRINCIPE fusa CHRISTIANO.

### V R A N I E.

Sunt duo, pace tuâ petam, celsissime Princeps,  
Quæ sunt agenda principi;  
Si velit atque DEI atque hominum meruisse favorem,  
Seramque vitæ gloriam.  
Primum sit pietas. pietas ab origine mundi  
Laudem tuetur maximam.  
Hæc est Patre DEO sata Virtutumque genitrix  
In universum est omnium.  
Huius & æternæ pietas super æthera vitæ  
Promissionibus affluit.  
Hanc illibatam Princeps tueatur & ornet  
Et posteris communicet.  
Postmodò sit clemens, bonus ac de more parentum  
Regat regatque subditos.  
Hæc duo qui præstat, decus immortale capeffit,  
Boniq; non in principis.

Hæc

Hæc duo cùm præstes, Christiane perinclite Princeps;  
Cùm sis pius, cùm subditis,  
Sisq̄ue Pater patriæ, decus immortale capessis,  
Bonique nomen principis  
Consequeris; te Fama canit, tua nomina, laudum  
Inscribit undique ostijs:  
*Hic rectè exornans caput extat dulce Sionis,  
Et subditis parens suis.*

*&ναγσαμ.*

*Christianus Secundus Princeps Saxoniae & Elector.*

### E V T E R P E.

**Q**uid ferta constans germine vivido  
RUTÆ virentis, quæ data SAXONUM  
Insignia illi summorum  
CÆSARIS auspicio, figurat?  
Est ferta rerum non sine sanguine  
Pro Marte gestarum in patriæ bonum:  
Est fortitudinis sativæ,  
Estq̄; ratum indicium triumphi.  
At Ruta vivax continuum rotat  
Huius vigorem profapia inclitæ,  
Quæ plurimis servata seclis  
Perpetuum decus obtinebit.  
Ut ruta virus pestiferum procul  
Anguesq̄ue diros trudit & enecat:  
Sic RUTA SAXONUM, impiarum  
Hæreseon pepulit venena  
Ætate quavis: respice pristinum;  
Evolue præsens tempus: Ultranque adest  
Testis: sed & tempus futurum  
Testis erit locuplete puncto.

ERATO.

## ERATO.

DEin Insignia duplicem  
Ostentant gladium : quid gladius docet ?  
Patrem justiciæ docet,  
Qui pacis studio, res ubi postulat,  
Bellum suscipit & suæ  
Commisso fidei protegit incolas.  
Patrem justiciæ docet,  
Qui rectè meritis præmia dividit,  
Et tinctos scelerum notis,  
Sicut jura jubent, supplicio afficit.  
Fiat justiciæ rigor,  
Aut mundi penitus machina corruat.

F N I S.







Dieser Band wurde 1995 durch Bestrahlung sterilisiert. Verfärbungen stellen keine Gefahr dar.

Datum der Entleihung bitte hier


H. Sax. C. 806

